

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Anima af
cum uariis

Tutum iter et iocundum est ad quod natura te instruxit. Dedit tibi illa que si non deserueris, par Deo consurges. Parem autem Deo te pecunia non faciet; Deus nichil habet. Pretexta non faciet; Deus nudus est. Fama non faciet nec ostentacio tui; nemo nouit Deum, licet multi male de illo existiment et impune. Non turba seruorum lecticam tuam portancium; Deus ille maximus potentissimusque ipse uehit omnia, nec forma quidem et uires beatum te facere possunt. Nichil horum non patitur uetustatem. Quid ergo animus? Sed hic rectus, bonus, magnus. Quid aliud uoces hunc quam Deum in corpore humano hospitantem? Hic animus tam in equitem Romanum quam in libertinum, quam in seruum potest cadere.

Seneca XXXI. epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

faciet] facit P V¹ V² L¹ L²; multi] de *add. (cor. sub lin.)* M; impune] impugne M; ipse] ipso M; bonus magnus] magnus bonus (*cor. supra lin.*) M; equitem] equitatem V¹; romanum] romanum *add. (del. infra)* M; in *om.* P V¹ V² L¹ L²; Seneca *om. (cor. infra)* M; XXXI.] 3. L²